

fecens, & turbata in sermone angeli, tamē statim post fuit lætificata.

*Visio in-
tellectus
lisceteris
pfectior.*
Tertio fuit etiam ibi visio intellectu-
alis ex eadem ratione pfectionis, quia præ
ceteris hæc est meliorum, & perfectior,
ac completior, sicut beati dicunt oculi a-
postolorum, qui viderunt Christum. Luc.
24. f. oculo mentali per fidem, & cum hoc
etiam oculis corporalibus viderunt. Simi-
liter beati quæ non viderunt. f. corporaliter,
& crediderunt in mente. Ioan. 20. Sed
quæ solum corporali visione viderunt, vt
Pilarus, Herodes, & crucifigentes Christū
omnesq; huiusmodi non credentes ex so-
la corporali visione non dicuntur beati,
ergo beata virgo, quæ simul corporaliter,
& mentaliter vidit angelum, ac certitudi-
naliter in intellectu credidit, & cognouit
a Deo missum ex Dei charitate beatissimi
dicatur.

§. 21. QVALES honoris modos voluit ex
charitate Deus, ut in apparitione ista, &
annunciatione oblectaret angelus. No-
tandum colligendo secundum Doct. plu-
res modos in sequentibus.

Primo voluit, & congruit ut non appa-
reret in irrationali specie, & hoc ex chari-
tate pro iuuenis honore, & maxime pro
dominica annunciatione, & cum hoc pro
designanda hominum salute. Vnde si quæ-
ratur Quare non debuit angelus appare-
re uirgini in specie serpentina, sicut Eva
apparuit: Respondetur secundum Alber-
super Missus, est, qd hoc non congruit pro-
pter calliditatem, & deceptionem, quam
fecit serpens. Sed quare saltem in specie
columbina non apparuit, cum in illa spi-
ritu sanctus apparuit postea, & secundum
historiam dum Ioseph uirginem despon-
savit per speciem columbe descendente
de celo, Ioseph dignum sponsum ostendit.
Dicit idem Alber supra. c. 20. qd in co-
lumbina specie nõ debuit apparere, quia
illuminare ueniebat uirginem docendo,
illuminatio autem non conuenit colum-
be sicut nec alteri irrationali, quia non
possunt loquendo docere. Vnde Deus ex
speciali charitate ad uirginem, ut honora-
biliter eam saluaret alloquendo angelum
misit, ne hoc cresceret uirgo animal ira-
tionale loquedo, & minus crederet de my-
sterio, uel de nuncio, cum sciret qd sanctis

paribus ueteris testamenti nunquam ap-
paruit in irrationali specie angelus Dei.

Secundo uoluit ex charitate Deus, ut
angelus non appareret uirgini, nisi in hu-
mani effigie: Et primo hoc propter digni-
tatem annunciationis tantæ, quia homo
est dignissimum animalium. i. lib. de ani-
malibus, ideo & in ueteri testamento appa-
ritions fiebant in humana effigie patri-
archis, & prophetis. Secundo propter
humanationem Christi designadam, quæ
annunciabat. Tertio propter illuminatione-
nem, quæ mediante locutione fiebat: Hæc
Alber. Tertio uoluit apparere in forma
uiri, non femine. Tum propter dignitatē,
quia uir naturaliter dignior est, quam fe-
mina. ex. i. Politur. Vnde sicut in omnib.
apparitionibus ueteris legis angeli in for-
ma uirili, non autem feminea leguntur
apparuisse, ita hic magis debuit sic fieri.
scilicet ex Dei charitate propter dignissi-
me annunciationis honorem. Tum pro-
pter conformitatem, quia Christus in se-
xu ipso uirili, utpote perfectiori, incar-
nari debebat. Tum propter illuminatione-
nem, quia uir habet docere feminam. 1.
Corinh. 14. Quarto uoluit apparere quasi
iuuenili ætate, quia ut Diony. dicit: iuue-
nile signat inuouatiss, & super uitalis uir-
tutis perfectionem, sed puerilis & senilis
ætas defectum dicunt, sed quia hic annū-
ciabatur ille quæ fuit perfectissimus secū-
dum deitatem, & nouam adumpsit huma-
nitatem, ergo sic honorari ex Dei chari-
tate debuit. Quinto in uultus uel faciei cla-
ritate, quia ex charitate Dei tali honore
debuit apparere angelus, ut eius uultus ef-
set rutilans, atq; radiosus, ut August. dicit:
Et ratio quæ ut dicit Grego. beata uir-
go lumen æternum concipere, & parere
debuit, ut illuminaret mundum, ergo &c.

Sexto in habitu simul candida radio-
sitate: Non enim in sola facie rutilans ful-
sit, sed etiam in habitu, & ueste corrusca-
uit: Vnde Augustinus, in quodam sermo-
ne inducit beatam uirginem quasi loque-
tem sic: Venit ad me, inquit, Gabriel ille
archangelus facie rutilans, & ueste corru-
scans, ingressu mirabilis, aspectu terribi-
lis &c. Sic autem fieri uoluit Deus ex cha-
ritate. Primo propter uirginalē conce-
ptum mundissimum, quia sine peccato cõ-
ceptus,

Homo dī
gnissimū
animaliū

Diony.

Augus.
Grego.